

Petrus de Vinea

Ep. III 7 (Preteriti laboris angustias...)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

Ep. III 7 (Preteriti laboris angustias...)

1243

Magister Petrus de Vineis cuidam de redditu suo ad curiam.

1. Preteriti laboris angustias, quas patientibus hactenus inuida Roma suaserat, cum uariae uoluntates Imperio semper uariantur, et actus Viterbiensis nequitia suggerente periculum, et laborem de Alpibus Lombardiae de nouo gustauimus. 2. Quibus diuina clementia, quae fessis dat requiem, licet ipsos per Regni refrigerium crederemus reprimere, superatis, ad curiam prospere reditus nos reduxit incolumes. 3. Vbi de uestris renouari successibus expectamus.